uertitur. significat autem scriptura diuina quod non solum bahal idolo
sed et moab. cunctisque demonibus in pro loco populus seruierit; Quod
non mandaui eis nec ascendit in cor meum ut facerent abomina
tionem hanc. et in peccatum deducerent iudam; propriae tribus
34 iuda et beniamin in fano bahalis et moloch. demonum simulacra
uenerati; aesunt (?) uitulos autem aureos. in bethel et dan decem tribus quae
appellabantur samaria. ioseph et effraim. coluisse perspicuum est.
tantumque mali fuit quod a populo factum est. ut testetur dominus; Sensum (?)
quam cogitasse nec ascendisse in cor suum quod (uel) illi facturi fuerint; omnia
autem haec (anetropopleos) ΑΝΘΡωΠΟΠΑΘωC. et nunc propter ista haec
dicit dominus deus israhel ad ciuitatem hanc. de qua uos dicitis quod tradatur
in manu regis babylonis. in gladio et in fame et in peste; Sicut spe
rantibus auxilium et in muro ac firmitate fidentibus prophetat quod
subuertenda sit hierusalem. et populus iam quae capiendos et ante
captiuitatem gladio et fame et peste periturus; sic desperantibus
et post subuersionem urbis nullam salutem exspectantibus suum
auxilium pollicetur. ut et confidentia atque superbia iustam senten
tiam. et desperatio atque humilitas dei mereatur auxilium; Ecce
congregabo eos de uniuersis terris ad quas eieci eos in furore meo
et in ira mea. et in indignatione grandi et reducam eos ad locum
istum. et habitare eos faciam confidenter. et erunt mihi in po
pulum et ego ero eis in deum. et dabo eis cor unum et uiam unam
ut timeant me uniuersis diebus et bene sit eis et filiis eorum post
eos et feriam eis pactum sempiternum siue disponam testamentum aeternum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0341